



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Privilegium Imperatoris Henrici Pro Dvobvs Mansis Sitis Ivxta Liupna:
Concessum, Anno Domini M.IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527



PRIVILEGIUM IMPERATORIS HENRICI PRO DVOBVS MANSIS SITIS IUX

ta Liupna: Concessum, Anno Domini M. I X.

IN NOMINE SANCTÆ ET IX.
individue Trinitatis.

HEINRICVS DEI GRATIA
Romanorum Imperator Augustus.

S Idignis nostrorum fidelium petitionibus assensum prabere decreuerimus, his scilicet, qui pro statu regni, omniumq; Ecclesiarum DEI, & pro nostra anima remedio, atq; nostrorum parentum, nostram ad euntes Clementiam deprecantur, quatenus Ecclesias monasteriorum DEI sublimare, exaltare, atq; ditare studeamus: Non solum nos ab ipso retributionem accepturos speramus; sed etiam statum regni sublimari putamus. Proinde cunctorum sancta DEI Ecclesia nostrorumq; fidelium recognoscat industria; qualiter per interuentum ac petitionem Chunigundæ nostræ dilectissimæ coniugis, & Imperatricis, atq; Gotehardi nostri dilecti Abbatis monasterio sancti Quirini, quod situm est in loco, qui nominatur Tegrinse, duos regales mansos, sitos in loco, qui dicitur, Liupana, inter duos lapides Vuarstein, & Holinstein, donamus & proprio iure concedimus cum adificiis, cultis

℥ 3

cultis & incultis, pratis, pascuis, syluis, viis, inuis, exitibus & re-
reditibus, aquis, aquarumve cursibus, piscationibus, quasitis
& inquirendis, quatenus eiusdem praedicti monasterij Abbas
ad utilitatem ibidem DEO seruientium liberam habeat po-
testatem commutandi atq; ordinandi, omni contradictione re-
mota. Si quis igitur hanc nostri precepti paginam violare, vel
spernere praesumpserit, sciat se redditurum rationem omnipo-
tenti DEO in die Iudicii, & nostri gratiam in presenti seculo
nunquam consecuturum. Et ut haec verius credantur, diligen-
tiusq; ab omnibus obseruentur manu propria corroborantes
sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Guntherius Cancellarius ad vicem Erchanbaldi
Archiepiscopi & Archicapellani recognoui,

Datum anno Dominica Incarnationis M.
XVIIII. Indiēt. II. V. Id. Ian. Anno
verò Domini Henrici regnantis XVII.
Imperij verò eius V. Actum Chuo-
funge feliciter Amen.

Exscripsimus hoc Diploma ex ipso Antographo membra-
naceo, quod sanè vel primo aspectu nescio quem religiosum
erga antiquitatem motum in animo excitat. Copiam eius fe-
cerat admodum Reuerendus Dominus Paulus Abbas Tegern-
seensis vigilantissimus, nobili & consultissimo Domino Chri-
stophoro Geuoldo, Consiliario Bauarico; hic, mihi. Est autem
Chuosunge locus, quem Diemarus Capungum seu Kafungum,
Auctor vitae S. Kunegundis Confugium vocat. De quo vide No-
tas in cap. IV, vitae S. Kunegundis.

NOTA-